

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput VIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

CAPUT VIII.  
DE BUBONE & CATAR-  
RHACTA.

**B**ubo in rupibus nidulatur altissimis, ita ut ova eius vix aliquando inventa fuerint. De ejus partu à Plinio traditur, quod cauda ab ovo exeat; quoniam pondere capitum perversa ova; posteriorem corporum partem, matri fovendam applicet. Dicitur se in templis oleo è lampadibus ingurgitare. Non tantum aves rapit, sed & leporis. In disiecto anas repertus est. Cerebrum ejus cum adipe anserino mite vulnera conglutinat. *Catarrhacta* mirum incubandi modum habet, si verum est, quod Oppianus tradit. Algam super petram inlernit ovis, & ventis relinquit exposita. Hinc mas arcipit illa, unde marem procreandum concidit, foemina unde foeminam. Tum unguibus in sublime ferunt comprehensa, mox mittunt in pelagus; repetitis vicibus calefiunt motu, & excluduntur.

CAPUT IX.  
DE COLLURIONE,  
& CAPRIMULGO.

**C**ollurio in dumetis nidum collocat, cuius patietes ex musco, lana & herbis tomentosis, fundus ex etica. In eo pulli sex inveniuntur, parentibus adeo dissimiles, ut vix unica nota eosdem referant. Parum quia volat, cantum aliatum avium imitatur, capit advolantes. Capitur facile. Nam cum cavae inclusam videt avem, desuper volat invasura. *Caprimulgus* pastorum intrat stabula, caprarumque advolvitur uberibus propter succum lactis; qua injuria uber emoritur, caprisque quas ita emultere obo ritur cecidas. Plinius l. 10. cap. 40. Interdiu parum vider, noctu perspicax est. Arist. hist. 9. cap. 30. In

L. 5

Cetia